



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

95. Christus, omnibus posthabitis & relictis, sequendus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**I**Bant aut turbę multę cū eo: & cōuer-  
sus dixit ad illos, Si quis venit ad me,  
& nō odit patrē suū & matrē, & vxorem  
& filios, & fratres & sorores, adhuc aut  
& animā suā: nō potest meus esse disci-  
pulus. Et qui nō baiulat crucē suā, & ve-  
nit post me: nō potest meus esse discipu-  
lus. Quis enim ex vobis volēs turrim æ-  
dificare, nō prius sedēs, cōputat sumptus  
qui necessarij sunt, si habeat ad perficiē-  
dū: ne postea quā posuerit fundamen-  
tū, & nō potuerit perficere, oēs qui vi-  
dēt, incipiāt illudere ei, dicētes, Quia hic  
homo cœpit ædificare, & nō potuit con-  
summare? Aut quis rex iturus cōmittere  
bellū aduersus aliū regē, nō sedēs prius  
cogitat, si possit cū decē millibus occur-  
rere ei, qui cū viginti millibus venit ad  
se? alioquin adhuc illo longē agente, le-  
gationē mittēs, rogat ea quę pacis sunt.  
Sic ergo omnis ex vobis qui non renū-  
tiat omnibus quę possidet, non potest  
meus esse discipulus. Bonum est sal. Si  
autem sal euanuerit: in quo condietur?  
Neque in terram, neque in sterquiliniū  
vtilē est, sed foras mittetur. Qui habet  
aures audiendi audiat. \* 97.

*CAP. 96. Iesus die festo dedicationis aut potius restitutionis templi cum Iudeis dis-  
putans in porticu Salomonis, eorum incredulitatem arguit, suam verò dignitatem ex  
peribus planè diuinis asserit. Qua eim oratione illi offensi eum prebendere vole-  
bant & lapidibus obruere, sed ipse è manibus eorum  
elabitur. Iohan. 10. \* 82.*

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**F**Acta sunt aut Encēnia in Ierosolym  
& hyems erat. Et ambulabat Iesus  
tēplo, in porticu Salomonis. Circūde-  
derunt ergo eum Iudæi, & dicebant e-